



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. j



28

I. N. J.
DISPUTATIO ULTIMA
SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI

Ex §. 3. & seqq. usq; ad fin. j. d. Publ. Jud.
iisq; Titulis π. C. Just. Theod. βασιλ. & ζ. respondentibus.

Quam
PRÆSIDE
JOHANNNE CHRISTO-

PHORO Volk /

J. U. D. & P. Secund.

FRIDERICUS ab HÜLSEN,

Nobil. Pruss.

R E S P O N D E N S

publicè defendet

IN AUDITORIO MAJORI

VII. Kal. Jul. A. clb. Isc. LXXXIII.

REGIOMONTI,

Typis FRIDERICI REUSNERI, SER. ELECT.

BRAND. ET ACAD. TYP. HÆREDUM.

SERENISSIMI POTENTISSIMI ET AUGUSTISSIMI
PRINCIPIS ELECTORIS BRANDENBURGICI
FRIDERICI WILHELMI MAGNI,
PER BORUSSIAM ET POMERANIAM CITERIOREM
GUBERNATORI GENERALISSIMO
SERENISSIMO, CELSISSIMO
DUCI ET PRINCIPI
DOMINO, DOMINO

ERNESTO BOGUSLAO.
DUCI CROYÆ ET ARESCHOTTI
S. R. I. P R I N C I P I,
HAVARÆ MARCKGRABIO
COMITI IN FONTENAY, BAJON
ET DOMPMARTIN,
DYNASTÆ IN NEUGARTHEN, MASSAU &c. &c. &c.
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

Nec Non
SUMMIS PRUSSIAM GUBERNANTIBUS
CONSILIARIIS STATUS EMINENTISSIMIS
'ILLUSTRIBUS, REVERENDISSIMO, MAGNIFICIS, GENEROSISSIMIS
DNO. JOHANNI ERNESTO à WALLENRÖD,
SUPREMO PRUSSIÆ DUCALIS MAGISTRO,
Hæreditario Domino in Pachollen/ Königsee/ Preckelwitz/ Neuendorff/
Altstadt/ Willkühnen/ Jrgelacken und tiepe. &c.

DNO. A HASVERO à LÖHNDORFF,
BURGGRABIO SUMMO, GENERALI MILITIÆ
LEGATO, ELECT. BRAND. CAMERARIO, Equiti
Ordinis S. Johannis, Hæreditario Domino in
Steinorth/ Zaberlack/ &c. &c.

DNO. JOHANNI DIETERICO à TETTAU,
CANCELLARIO ET SUPREMI TRIBUNALIS PRÆSIDI
Meritissimo.

Hæreditario Domino in Wicken/ Saltzbach/ Schönbruch/ Arnan/
Doben/ Grabentin/ und Kuraw/ &c.

DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS

Juridicas has theses ut testes indicesque devotionis,
venerationis & observantiæ omnis consecrat

FRIEDERICUS AB HÜLSEN, N. P.



3. *§ seqq. usque ad ult. j. d. Publ. jud. respondent in π. L. 48. T. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. C. Just. L. 9. T. 7. 8. 9. 12. 13. 16. 17. 20. 22. 24. 26. 27. 28. 29. C. Th: L. 9. T. 4. 5. 7. 10. 14. 15. 18. 19. 27. 28. βασιλ: L. 60. T. 18. 36. 37. 39. 40. 41. 44. 45. 48. Δ. L. 5. T. 12. 16. 17. § 20.*

II. Continentur in *his Titulis* crimina seqq. (1.) *Læsæ Majestatis crimen §. 3. j. d. Publ. Jud. t. t. π. C. J. § Th. Ad L. Jul. Maj: t. t. C. J. § Th. Si quis Imp. maledix: t. t. βασιλ, Lex Julia quæ competit in Majestatis reos* (2.) *Crimen Adulterii §. 4. j. d. t. t. π. C. J. § Th. Ad L. Jul. d. Adult. § Stup. t. t. βασιλικ. Lex Julia de Adulterio § Stupro Virginum § Viduarum t. t. Δ. d. Adult. § Stupr.* (3.) *Homicidium §. 5. j. d. t. t. π. C. J. Th: § βασιλικ. Ad L. Corn. d. Sicar. t. t. Δ. d. Homicidio Voluntario § casuali.* (4.) *Parricidium §. 6. j. d. t. t. C. Th: d. Parricid: t. t. C. J. d. His qui par. vel Lib. occid. t. t. π. § βασιλ. d. L. Pompej. d. Parricid: (5.) Falsum §. 7. j. d. t. t. π. C. J. § Th: nec non βασιλικ. d. L. Corn. d. Fals. § SC. Libon. t. t. Δ. d. Crim. Fals. (6.) Vis publica & privata §. 8. j. d. t. t. π. C. J. § Th: Ad L. Jul. d. vi Publ. § Priv. t. t. βασιλ: Ex Lege Julia de Vi publica § privata. (7.) Plagium §. 10. j. d. t. t. π. C. J. Th: § βασιλ: d. Plagiar: (8.) *Crimina Repetund. Peculatus Sacrilegii de Annona & de Residuis §. 9. § u. j. d. Publ. jud. t. t. π. d. L. Jul. Repetunde t. t. d. L. Julia d. Annonâ. Ad L. Juliam Peculatus § de Sacrilegis § de Residuis. t. t. C. J. § Th: d. Crim: Peculat: t. t. C. J. d. Crim. Sacrileg. t. t. βασιλικ: d. L. Juliad. Annona. t. t. Lex Julia contra peculatores § de sacrilegiis § pecuniarum publicarum furibus.**

III. Lex Julia Majestatis vigorem suum in eos extendit qui *dictis* vel *factis* aliquid contra Imperatorem vel Remp. moliti sunt §. 3. j. d. publ. jud: non tamen omnia *dicta* ab *Impp.* vindicantur, nam si quis modestiæ nescius & pudoris ignarus improbo petulantiqve maledicto nomen Majestatis crediderit lacesendum, & temulentia turbulentus obtreclator fuerit, eum pænæ nolunt subjugari, neq; durum aliquod

aliquod, nec asperum volunt sustinere, quoniam si id ex levitate
procesferit contemnendum est, si ex insania miseratione dignissimum:
si ab injuria remittendum *l. un. C. Si quis Imp. maledix:* regium e-
nim est, maledictis non moveri, quod pluribus rationibus & exem-
plis exequitur *Petrus Ærodius Lib. 7. Tit. 1. Antigonus* cum juxta
Prætorium malè de eò loquerentur, neqve se audiri existimarent:
Ecquid non longius absceditis *inquit* tutius securiusvè obtrectaturi?
Telechus Rex Lacedæmoniorum, cui cum frater exprobraret se eò mi-
nus coli à Lacedæmoniis *respondit:* Nihilo plus me observant, sed
non didicisti injuriam pati. De *Philippo* quidam *Arcadion Achivus*
passim maledicta spargebat, cui *Philippus:* Fuge nihil hic proficies
cum tua maledicentia, eà ibi utere, ubi quis sim? nesciunt; Qui
cum iterum in *Macedonia* offenderetur, aliiqve *Philippo* svaderent,
ne tantam contumaciam nocendiqve maledictis animum negligeret,
is xeniis donis humanitate & beneficentia ita conciliavit hominem,
ut denuo meliorem deprædicatorem laudum haberet nullum. Non
itaqve omnia maledicta hac Lege notantur, sed eadem ex personis
earumqve qualitatibus pensari oportet; prout enim persona est, ita
major hac parte licentia & facilius gratia esse debet, ideò constituit
Theodosius M. in l. un. C. Theod. Si quis Imp. maled: nè Judices ma-
ledicta in Principem vindicent, seu puniant, sed integris omnibus ad
Principem referant, ut ipse ea sui judicii arbitriiq; faciat, num con-
temni ea, an exquiri vindicariqve debeant. Meminerunt ejus Con-
stitutionis *Zonaras & Balsamo Comm. in canonem Apostolorum 84.*
Et idem *Balsamo in Phot. Nomocan. ut & Harmenop. lib. 7. t. 14. At-*
taliates in Synops. juris t. 69. Baronius in Annal. Eccles. A. d. 393.
Modò verba maledictionis per sese non sint vel seditiosa quibus ad
arma contra Principem suscipienda concitetur populus. *l. 1. in fin. π.*
Ad L. Jul. Maj: vel turbulentæ acclamations quibus Salus Princi-
pis aut Reipub. periclitetur *l. 28. §. 3. π. d. pæn:* Factò autem sine
dubio crimen læsæ Majestatis incurritqvi contra Majest. delinquit
item qui sibi magistratum vel merum imperium adscribit, vel eò u-
titur, cum sit privatus *l. 3. in fin. π. Ad L. Jul. Maj:* ideò qui furcas
erigit, hoc crimine damnatur *Bald. in l. data opera C. qui accus. non*
poss. Eadem ratione qui privatum carcerem exercet in hoc incidit
crimen *l. 1. C. d. priv. carc:* Idem est si quis extra carceres in vinculis
vel

vel compedibus alterum detineat ut libera recedendi facultas non sit *l. 9. π. Ex quib. caus. maj.* Simili modo qui aliquem torquet propriâ & privata authoritate *l. 1. C. d. Custod. Re.* Pœna criminis læsæ Majestatis est ultimum supplicium *l. 5. C. Ad. L. Jul. Maj.* & ad filios etiam & amissionem bonorum ob atrocitatem extenditur. *Hodie* quandoque gladio quandoque igne quandoque dissectione in quatuor partes & severiori adhuc mortis genere ignitis forcipibus puniuntur. *Ordin. Crim. Caroli V. Imp. art. 124.* Et licet de Jure Saxon. in proditores Rotæ pœna statuatur *lib. 2. a. 13.* ea tamen in desuetudinem abiit, inque ejus locum dissectio surrogata est teste *Reinbard. p. 5. dist. 34.* Jure nostro Provinciali proditoris convictus in quatuor partes dissecari, si vero foemina fuerit gladii pœnâ affici aut in profluentem projecta submergi debet *L. 6. T. 4. A. 5. §. un.* Non tamen semper pœna criminis læsæ Majestatis est ultimum supplicium, sed interdum infami deportatione afficitur qui hostem fugientem sciens suscepit *l. 40. junct. l. eorum 24. π. d. pœn.* interdum Relegationis pœnâ afficitur qui hostem P. R. quodam occultari loco non ignorans diu dissimulavit *d. l. 40. § 24. d. pœn. Ordin. Crim. Caroli V. Imp. a. 218. in verb. Soder Ubelthäter Leib und Gut nicht verswircket. P. R. L. § T. d. A. 4. §. 1. in verb. virgis cedi & in perpetuum exilium territorio expelli debet.* Mores quoque multarum Gentium à pœnâ liberos egestate premente ut iis vita supplicium & mors solatium sit recesserunt ut ex Italis testantur *Angelus in l. fallaciter 4. C. d. Abolit. Alciat. conf. 467. n. 6. Clar. §. lesa majestas n. 15. Farinac. quest. 116. p. 3. n. 144. ex Hispanis Hier. Ceval. pr. qv. c. 653. n. 38. Ex Gallis Boër tract. d. sedit. q. 6. n. 11. § 23. Rebus. in pr. ad Const. Reg. conclus. 5. n. 106. Ex Belgis Gudel. l. 5. d. jur. nov. c. 16.*

IV. Adulterium nonnulli derivant inde quod alter alterius uterum terat, vel quod sit ad alterius thorum seu ad alterum ire *caus. 36. q. 1. c. 2. Farin. q. 141. Alciat. 7. parerg. 5. Et Papinianus in l. 6. §. 1. D. Ad L. Jul. d. Adult.* putat adulterium in nupta comitti propter partum ex altero conceptum composito nomine, quod comitti negatur à marito cum soluta, quia *aliena matrisfamilias* dicitur corruptio *l. 225. π. d. V. S.* mulier autem non Vir corrumpi solet, ex qua corruptione certa incerti nascitur soboles *l. 19. l. 24. π. d. Stat. Hom.* quæ hoc modo in thorum supponitur ut cuculus ova sua in curruceæ

nidum supponere solet *Rittersh. in j. §. 4. Mynsing. eod.*: hanc sententiam iniquitatis arguit *Plautus in Mercat.* sub persona *Syra*, variisq; argumentis eam impugnant Theologi, quidam Jcti & Philosophi, quia Deus creavit marem & foeminam non foeminas *Gen. 1.* qui igitur vaga libidine delectantur adulterii rei erunt fidem conjugii violant nec debitum uxoris reddunt, qui fundum alienum arant, & incultum familiarem deserunt *c. dixit c. nemo sibi blandiatur 32. q. 4. c. non mechaberis 32. q. 6.* periniquum esse videretur ut Viri ab uxoris pudicitiam exigant quam ipsi non habent *l. 13. §. judex π. b. t. Plato 8. d. Legib.* non solum bestiis deteriores existimavit, qui non juste sancteq; in primâ perleverantes amicitia reliquam peragunt vitam; verum etiam Lege lata sanxit, ut si quis aliis mulieribus commixtus fuerit, quàm his, quæ cum diis & sacris nuptiis domum venerunt, nisi viros simul & mulieres omnes lateat infamis Lege omniqve Civitatis jure tanquam peregrinus aliquis privatus sit. *Aristoteles* vero peccatum Viri & mulieris juxta aestimare videtur *7. Polit. c. pen.* Firmius tamen communiter à *Jctis* concluditur non committi adulterium quando maritus polluit innuptam, violat quidem fidem conjugalem, at non omnis violatio fidei adulterium est. Nam qui uxorem malitiose deserit, qui debitum non reddit, qui non alit vel servilibus verberibus castigat, violat fidem conjugalem sed non committit adulterium. Et licet iniquum sit ab Uxore exigere pudicitiam quam maritus non habet, non tamen efficitur indè, æquale utriusqve peccatum esse, atqve eadem vindicandum capitis pœnâ, cum major pudicitiae ratio uxoris constare debeat, qua propter sexus verecundiam, qua propter adulterinorum suppositionem, qua propter dedecus familiaeque totiusqve Civitatis. Et licet si primam conjugii institutionem respiciamus adulterium sit, id tamen in *forô poli*, in quò quis & cogitationis pœnam subit, non *soli* obtinet. Lata est hæc *Lex Julia de Adult.* non à *Julio Casare* sed ab *Octavio Augusto*, uti *Sveton.* in ejus vita ita scribit: *Leges retractavit, & quasdam ex integrò sanxit, ut sumptuariam & de Adulteriis & pudicitia de ambitu de maritandis ordinibus.* De eodem ita inquit *Plutarch.* in *Apophteg.* circa fin. *Lata de Adulteris Lege in quâ de Reorum ejus flagitii judicio omnia definita erant; Ideo in l. 4. Βασιλ. L. Julia. de Adulteris & stupro virginum & viduarum* rectissimè sequenti ratio-

ratione verba se habent: *Lex de adulteriis ab Augusto lata est.* No-
 tatur hac Lege præter adulteriũ & stuprum cum quis sine vi vel virgi-
 nem vel viduam honestè viventem stupravit, utroq̃ve tamen verbo
 Lex Julia promiscue utitur *d. l. 6. §. 1. l. inter stuprum 101. π. d. V. S.*
 Præter virginem & viduam adulterii quoq̃ve ancilla expers est quæ
 uxor non est sed contubernalis, & propterea agitur privato iudicio *L.*
Aquilie, injuriarum, servi corrupti Actioneq̃, Injuriarum si matura
 viro fuerit *d. l. 6. pr. h. t. l. 23. §. 24. C. eod. l. si stuprum 25. D. d. Injur.*
l. si quis servum 9. §. 1. d. Serv. corr: Dispiciendum quoq̃ve est secun-
 dum *l. 1. C. Tb. Ad L. Jul. d. Adult:* an adulterium committens Do-
 mina cauponæ, an ministra & ita obsequio servili famulata fuerit, ut
 plerunq̃ve ipsa intemperantiæ vina præbuerit: Ut si Domina tabernæ
 fuerit non sit à vinculis juris excepta, si vero potantibus ministerium
 præbuit pro utilitate ejus quæ in reatum deducitur accusatione exclu-
 sã, liberi, qui accusantur abscedant, cum ab his foeminis pudicitia
 ratio exigatur, quæ juris nexibus detinentur, hæ autem immunes à
 judiciaria severitate præstentur, quas vilitas vitæ dignas Legum ob-
 servatione non credidit. Huic Legi Tribonianus in *l. 29. C. Just. eod:*
inferuit. Et matrisfam. nomen obtinent. Nec enim Lege Solonis te-
 nebantur quæ in taberna sedebant vel in forò res propositas venales
 habebant *Brisson. lib. sing. ad L. Jul. d. Adult:* Eadem ratione non
 notantur quæ abjecta stola matronali seu pudore artem ludicram vel
 lenocinium exercebant, cum famæ ante, quam pudicitia fuerint pro-
 digæ, placuit eas infra legum curam esse *l. lege Julia 44. D. d. Rit.*
Nupt. l. 1. l. 2. §. ult. D. d. his qui not. inf. nè vero multæ hac occasio-
 ne ad ejusmodi artes illicitas ad evitandam adulterii poenam convo-
 larent, in fraudem legis id facientes poena adulterii tenentur *l. ma-*
ter 10. §. mulier D. h. t. d. Adult. Sueton. in Tiber: Neq̃ve notatur
 Concubina, quia neq̃ve uxor neq̃ve Virgo neq̃ve Vidua *l. 1. §. 1. D. d.*
Concub. l. 49. §. parvi autem d. Leg. 3. l. 16. §. 1. D. d. his qv. ut indign.
auf. excipitur ea quæ in patroni concubinato est, quæ accusari potest
 adulterii non Jure viri, sed extranei *l. 13. in pr. D. h. t. l. 41. §. 1. D. d.*
Rit. Nupt. Si constet de adulterio, constat etiam de ejus pæna, nulla
 enim fuit natio, quæ non legem aliquam tulerit aut judicia exercuerit
 in adulteros, alia Gens eadem morte punivit, alii Principes virilitate,
 alii Legislatores cæcitate, alii exilio quidam verberibus quidam

bonis quidam infamiâ. Lex Romuli permittebat Viro & cognatis
adulterii convictam necare *Fr. Balduin. lib. d. Legib. Rom.* Scribit
quidem *Cujacius* hanc legem esse falsam *lib. 60. c. 25.* & ut mulcten-
tur uxores adulterii convictæ, non autem necentur à maritis conces-
sum à Romulo, cum apud *Dion. Halicarnasf.* legatur *Ζημιῶν* quod
sit mulctam infligere non mortem; & *A. Gellius* mulctare non neca-
re dicat. Sed *Cujacius* refutatur ab ipsò *Gellio lib. 10. N. A. c. 23.* Neq;
Ζημιῶν mulctam significare scribit *Bodinus in meth. hist. c. 4.* sed
quoqvo modo punire. Hæc permissio restricta est ad patrem mari-
tumqve *l. patri 20. π. Ad L. Jul. d. Adult.* illi adulterum domi suæ
vel domi generi sui deprehensum cum adultera occidere licet *l. 21. 22.*
23. 24. 32. d. h. t. huic autem uxorem occidere non licet, quoniam
pietas paterni nominis consilium plerumqve prò liberis capit, nè vi-
tæ finem faciat, qui originem fecit; at mariti calor & impetus facilè
decernentis refrænandus fuit *l. 22. §. ult. D. h. tit.* Nam non facilè pri-
vata vindicta committenda privatis nisi vis repellendæ causa, at in
adultero quæ vis, quod periculum est commune? certum est adul-
teram habere uxorem, pœnam extremam thori larisqve ac extremam
injuriam esse, sed privata, & vindicanda per magistratum; truces
etiam animos misericors natura debilitat; Nec vindicta paterna ad
sponsam extenditur, licet uxoris appellatione sponsa contineatur *l.*
item apud Labeonem 15. §. Sponsum 24. π. d. Injur. l. 3. § 4. D. Ad L.
Pompej: nec ad internuncios *l. 37. §. 1. d. Min. N. 134. c. 10.* nec ad de-
prehensos in præludiis adulterii si viri extranei nolente marito cum
filia conviventur, aut cum ea lavent, si nolente viro foris pernoctet,
spectaculis & theatris intersit, aut osculis incontinentium madeat a-
liisque de illecebris flagitii prænunciis constet, præludia & præ-
nuncia flagitii non sunt flagitium ipsum, ideo *Ulpianus* quoqve in
d. l. 23. h. t. in adulterio ita interpretatur *in ipsa turpitudine, in ipsis*
rebus Venereis ut *Solon & Draco* olim dixerunt *ἐν ἑξῆς Alciat. 2. pa-*
rerg. 25. Brisson. lib. fing. d. Adult: Lege Julia ab Octavio Augusto
lata qui testamento avunculi adoptatus ejusdem nomen tulit, pœna
Adulterii, licet non statim sanguinis, constituta sit tamen, eadem de-
inde aucta inque capitale[m] conversa in *§. 4. j. d. Jud. Publ.* nomen
suum antiquum retinuit; Nam pœna *L. Juliae* fuit Relegatio, cum
in

in adulterio cum Incestu conjuncto locum habuerit Deportatio *l. si quis viduam* §. *D. d. Quæst.* sequitur in adulterio simplici locum habuisse Relegationem, quæ proximus pœnæ gradus est. Sic lex Julia vetat adulterii damnatam duci, privat eandem testimonii dictione *l. marit. 29. §. 1. D. b. t.* aufertur eidem ut indignæ quod adultero relictum est *l. Claudius 13. D. d. his qu. ut indign. auf.* quod frustra ita constitutum esset, si pœna *L. Juliae* fuisset gladius *Author* etiam *hujus Legis* filiam ac neptem adulterii famosas non gladio punivit sed alteram in Pandatariam, alteram in Trimerum Insulam relegavit *Svet. in Aug. c. 65. Tacit. 1. Ann. 10. & 4. Ann. 10.* Huic *Legi Juliae* per Constitutionem Constantini derogatum est, qui sacrilegos nuptiarum gladio puniri voluit *l. quamvis 30. C. Ad L. Jul. d. Adult.* Sed aurea hæc *Constitutio* & matronalis pudoris unica custos sublata est *N. 134. c. 10. nec servatur in Gallia Rebuff. in proæm. ad Const. Regn. gloss. 5. n. 108.* imo opinione imperitorum in laude industriæ ponitur *Fab. in §. item Lex Jul. d. Adult. j. d. publ. jud.* Ita enim *Brissonius* in epistola ad *Christophorum Thuanum* *l. 35. pr.* testatur: insedisse imperitorum animis ridiculam quidem, sed tamen quæ maximam nequitiae fenestram patefecerat opinionem tanquam adulterorum in *Gallia* impunita essent peccata, quod passim corruptis moribus laudi jam duci, & in pretio haberi id vitium cœpisset: *Thuanum* verò editis in adulteros aliquot exemplis demonstrasse non tam puniendi voluntatem, quam accusatores majoribus suis defuisse. In *Italia* quoq; pœnam gladii exolevisse pœnasque pecuniarias frequentari testantur *Clarus §. adult. n. 7. Timq. leg. Connub. 13. n. 22. & seqq.* Similiter in plerisq; *Germaniæ* territoriis excepto *Palatinatu Saxonia superiore Hassia* aliisque paucissimis quibusdam quarum ditionum principes gravitatem criminis & Legis divinæ Voluntatem intuentes pœnam capitis reduxere *Farin. q. 141. n. 67. & seqq. Heig. p. 2. q. 29. n. 75. Carpz. crim. p. 2. q. 54. n. 10.* quæ capitalis pœna etiam *Juri Prut. Prov. arridet l. 6. T. 6. A. 1. §. 1.* De *Belgio* quod sub alterius Regimine est refert *Gudelinus lib. 5. c. 18.* tametsi à *Philippo II* pœna gladii in adulteros statuta esset, eam tamen vix observari, sed mitiorem aliquam à Judicibus irrogari solere. *Fœderati Belgii* statuta passim de pœnis pecuniariis aut exilio loquuntur. *Const. Polit. Hollan. 1580 a. 15. & 17. Ant. Matth. d. Crim. T. 3. c. 2. n. 3.*

V. Lege

V. Lege de *Sicariis* tenetur qui hominem occiderit & qui dolo malo incendium fecerit & qui occidendi vel furti faciendi causa cum armis ambulaverit, & qui cum Magistratui vel publico iudicio praesesset curavit, ut quis falso accusaretur, & sine culpa condemnaretur. Et qui necandi causa venenum paraverit & in capitali crimine dolo malo in reum falsum testimonium dixerit, & magistratus & iudex qui pecuniam acceperit, quò quis damnaretur capitaliter. Qui animum habuit occidendi nec occidit, sed vulneravit homicida est *l. 1. in pr. §. 1. 2. & 3. Ad L. Corn. d. Sic. & Venef.* Committitur homicidium animò & voluntate occidendi concurrente dolo malo: Et est vel *simplex* consistens intra limites simplicis homicidii vel *deliberatum* seu qualificatum ut si quis destinata voluntate vel per se vel per conductos ad hoc sicarios aliquem interficiat. Vel *casuale* praeter intentionem & opinionem occidentis citraque dolum patratum *c. 7. §. d. Homicid. vel necessarium* quod fit ad defensionem *c. significasti 18. §. eod.* In voluntariis nihil interest, ipse occiderit, an alterius manu vel operà usus fuerit, sive mandans sive mandatarius sive conductus ad *Asfasinium* committendum fuerit, hoc ab *Asfasinis Phœniciae* gente è *Perside* profectis & *Mahumedis* persuasione imbutis nihil antiquius habere, quàm hostes Religionis suae per fallaciam & amicitiam simulando interimere. Quamobrem etsi generali consuetudine solus criminis conatus non puniatur capitale, eaque consuetudo ad mandantem & mandatarium porrigatur, *asfasinis* tamen nihil prodesse debet *Bartolus in l. non solum §. si mandatu d. Injur. Gomez. 3. resol. 3. n. 10.* Ut autem *Asfasinium* sit merces certa constitui debet *Farin. q. 123. n. 38. & seqq.* Quid autem si merces constituta sit, sed sit *paganus* occidendus? pro *Asfasinio* haberi debet, quia fidelibus & infidelibus communis est humanitas quam tuetur *l. 12. §. ult. D. d. Accus.* Non distinguit Jus Romanum Servum an hominem liberum quis occiderit *l. 1. §. 2. l. 11. §. 1. & 2. π. Ad L. Corn. d. Sic:* ideò *Polonorum* mores vituperandi sunt, qui non mancipii duxtat, sed & vilioris hominis cadem, quem *Kmethonem* ipsi vocant, are luendam censuerunt, quam differentiã inter poenam *Nobilis & Kmethonis* humanitas ferre nequit, nullus est tam vilis hominis sanguis ut, non manus inquinat ait *Quintil. declam. 291.* nisi talis occidatur qui impune occidi potest veluti is qui ad *Patriam*

triam delendam hostili animo venit *L. minime 35. D. d. Relig. & Sump. fun:* in Reos Majestatis & publicos hostes omnis homo miles est ait *Tertull. in Apol:* homo sacer quem populus ob maleficium judicavit, neque fas erat eum immolari, *Fest. in verb. sacer.* Bannitus *Ordin: Cam. p. 2. t. 9.* Latro nocturnus & populator agrorum *L. 1. C. Quand. lic. un. vind l. 9. π. Ad L. Cor. d. Sic. l. 2. 3. 4. C. b. t. l. 45. §. qui cum aliter D. Ad L. Aquil:* nocturnum occidi permissum est, quoniam terrorem tenebræ augent incerto & anxio patrefam: ad auferendum an ad occidendū fur venerit *Exod. 22. Lexetiam XII. Tabb.* furem noctu deprehensum occidere permittit, ut tamen id ipsum cum clamore testificetur *l. 4. §. 1. π. Ad L. Aqu.* Nam si non ara tantum sed & focus justa belli causa est Civitati, cur non singulis quoque civibus proficiat ad excusationem cædis in foro *Cesaris?* Et si furem apprehensum telo se defendentem occidere licet, utique & eum licebit, qui stricto telo rem extorquet, & ex fure latro fit, hæc vero permissio periculo vitæ cessante nullam conscientis securitatem adferre potest. Pæna *Homicidii Voluntarii ex L. Cornelia de Sicar.* olim fuit *Deportatio* & omnium bonorū ademptio *hodie est capitalis* nisi honestiore loco positi fuerint ut pœnam Legis sustineant, humiliores enim solent vel bestiis subjici, digniores deportari in Insulam *l. 3. §. 5. Ad L. Corn. d. Sic.* Jure Pontificio pœna est *Excommunicatio*, & *depositio ab ordinibus omnibus*, si *Clericus* sit & post depositionem detrusio in carcerem ad certum tempus, itemque privatio beneficiorum *c. 6. in fin. A. d. Homicid.* Jure Saxonico *art. 13. l. 2.* & Prut: *Prov. L. 6. T. 5. A. 1. §. 1.* pœna gladii obtinet. Abigens partum animatum exilio punitur *l. Divus 4. d. Extraord. Crim.* pro affirmativa facere quibusdam videtur *l. si quis 38. §. 5. d. pæn.* ubi is qui abortionis poculum dedit tum demum supplicio afficitur si eo mulier perierit E. non tenetur ratione fætus nec adversatur vox *hominis in d. §. 5.* quia per eam non intelligitur partus animatus in utero, quod volunt *Marq. Freher. lib. 1. Parerg. c. 17. & Bachov. in not. ad Treutl. vol. 1. select. disp. 2. θ. 1. lit. C. in fin:* Sed is cui datum erat poculum vel abortionis vel amatorium. Dixerat enim *Paulus* conjunctum de poculo abortionis & amatorio, quorum illud soli mulieri solet propinari, hoc verò utrique sexui. Ut igitur prædicata subjectis convenirent poculum abortionis ad mulierem, amatorium autem poculum ad hominem hoc est utrumque sexum tam masculum

B

sculum

sculum quam foeminam retulit, *Ungesp. Ex. 16. q. 10. in Nego.* Nos hanc
quest. ad jus controversum referimus quia fœtus non tantum portio
mulieris vel ejus viscerum dicitur sed etiam spes hominis *Glossa in l.*
qui in utero 7. d. Stat. Hom: L. 9. §. 1. Ad L. Falcid. l. cum inter 14.
C. d. Fideicomm. Libert. l. 2. d. mort. inf. l. 1. §. 1. d. Inspic. vent: ideo
neque altera sententia ratione destituitur quæ poculo abortionis mu-
lierem gravidam aut hominem h. e. fœtum sive masculum sive fœmi-
nei lexus periisse statuit. Apud *Christianos* indubium certi que juris
est fœtum in utero materno animatum & hominem & animal esse
Atbenag. in Apolog. pro Christian: Tertull. in Apologet. ideo partum
abigens ultimo supplicio affici debet *Ordin. Crim. Carol. V. Imp. A. 133.*
Eadem statuta est in *Saxonia & Prussia* *Const. Elect. Sax. p. 4. constit.*
4. P. X. L. §. 6. A. 3. §. 6.

VI. Parricidium est cædes nefaria qualitercunque contra pieta-
tem & jus sanguinis in Ascendentes descendentes transversales & affi-
nes perpetrata *l. 1. π. Ἐβασιλ. Ad L. Pompejam. d. Parric.* de hoc cri-
mine nec *Solon*, nec *Romulus* Leges tulerunt *Cic. in Orat. pro Rosc. A-*
mer. Plutarch. in vita Rom. non sperantes hujus immanitatis exempla,
ea verò animadvertentes majores Romanorum singulare supplicium
invenerunt *l. pen. π. Ad L. Pompej. d. Parricid. Lun. C. d. his qv. par vel*
lib. occid. §. alia deinde j. d. publ. jud. Cujus rei rationem reddit *M.*
Tull. pro Rosc. Amerino inquit: *O singularem sapientiam Judices?*
Nonne videntur hunc hominẽ ex rerum natura sustulisse, & eripuisse,
uti repente calum aquam terramq; ademerunt ut qui eum necasset, un-
de ipse natus esset, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse
dicuntur? Noluerunt feris corpus objicere, nè bestiis quoq; qua tantum
scelus attigissent, immanioribus uteremur. Non sic nudos in flumen
dejicere, nè cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera, quæ
violata sunt, expiari putantur. Deniq; nihil tam vile neq; tam vulgare
est cujus partem ullam reliquerint. Etenim quid tam est commune quam
Spiritus vivis terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? ita vi-
vunt dum possunt, ut ducere animam de cælo nequeant, ita moriun-
tur ut eorum ossa terra non tegat: ita jactantur fluctibus, ut nun-
quam abluantur: ita postremo ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem mor-
tui conquiescant. Idem expressit Ovid. lib. 8. Metamorph. Dii te sub-
moveant, o nostri infamia Secli, Orbe suo tellusq; tibi pontusq; negetur
de

de culei poena præter *l. pen. π. Ad L. Pomp. d. Parricid.*, testatur *Mal-
leoli* exemplum apud *Livium lib: 48.* & apud authorem ad *Heren-
nium lib. 1.* Quinimo *Valerius Maximus lib. 1.* Id supplicii genus
parricidis Lege irrogatum ait: idque non multo post *Tarquinius
Regem.* Postea secuta est *Lex Cornelia* de parricidio cuius men-
tio fit in *l. 2. §. 32. π. d. O. I.* tum *Lex Pompeja*, qua poena hæc
sublata fuit, & prout parricidium admissum fuisset, vel gladii
vel ignis vel bestiarum supplicium impositum *Paulus §. Sent. tit. 24.*
Et quidem bestiis objecti parricidæ ex *Hadriani Constitutione* ut o-
stendit *lex penult. π. d. parricid.* *Constantinus M. l. un. C. Theod. d.*
Parricid. repetit veterem poenam, ita constituens: *Si quis in Paren-
tis aut filii aut omnino affectionis ejus, que nuncupatione parrici-
dii continetur, fata properaverit, sive clam sive palam id fuerit enisus
neq; gladio neq; ignibus, neq; ulla alia solenni poena subjugetur sed in-
sutus culeo, & inter ejus ferales angustias comprehensus serpentum
contuberniis misceatur & ut Regionis qualitas tulerit, vel in vici-
num mare, vel amnem projiciatur, ut omnium elementorum usit
vivus carere incipiat, ut ei celum superstiti, terra mortuo aufera-
tur.* *Tribonianus* adjecit: *cum cane & gallo gallinaceo & vipera & si-
mia. l. un. C. §. eod.* In *Saxonia* Reus trahæ illigatus adque supplicii
locum raptus gladio punitur *Const. El. 3. §. f. p. 4.* in *Prusfiâ* mares
rotâ tunduntur, fæminæ vero gladio feriuntur vel submerguntur.
P. R. d. L. & T. A. 3. §. 2.

VII. Incendiarii quoque poena *L. Cornelia d. Sic.* puniuntur
l. 9. §. pen. π. d. Incend. Ruin. l. 11. C. d. his qv. accus. l. 10. π. Ad L.
Corn. d. Sic. olim præ qualitate Personarum *l. f. d. Incend. l. 28. §. fin.*
π. d. poen. hodie tamen plerumque capite puniuntur *l. 3 §. fin. h. t.*
Cornelius etiam Legis de *Falsis* author fuit *l. 2. §. 32. π. d. O. I.* quæ *Lex*
Testamentaria vocatur *§. 7. j. d. Publ. jud. l. 1. π. eod.* Falsum est si
quis alienum chirographum imitetur, aut libellum vel rationes inter-
cidat, vel describat: non qui aliàs in computatione vel ratione men-
tiuntur *l. 23. d. Ad L. Corn. d. Fals.* Species falsi ad falsum Testamen-
tarium & nummarium referri possunt: Si quis Testamentum verum
amoverit celaverit, eripuerit, deleverit interleverit, subjecerit, resi-
gnaverit, sive id aperuerit vivò testatore, aut si quis falsum scripserit
signaverit, recitaverit dolo malo cujusve dolo malo id factum erit.

Legis Corneliae Reus est *l. 1. §. 5. l. 2. l. 7. l. 16. pr. ad L. Corn. d. Fal.*
Hujus Falsi poena ex *Senatusconsultis & Principum Constitutionibus*
producitur ad alia instrumenta, literas, nomen, testimonia, accusa-
tiones, obligationes, mensuras & pondera. Falsi nummarii rei sunt
qui monetam adulterinam flant, feriunt, qui nummos aureos ra-
dunt tingunt fingunt vel excindunt *l. quicumq; 8. & l. seq. d. h. t. d.*
Fals. quoad poenam Marcianus *l. 1. §. ult. d. h. t.* generaliter respon-
dit, poenam falsi vel quasi falsi esse deportationem & omnium bono-
rum publicationem, & si servus eorum quid admisit, ultimò sup-
plicio affici, quæ poena in plerisque non tamen omnibus servatur ca-
sibus *Ant. Matth. ad Tit. 7. c. 2. & seqq.* De pecuniis repetundis pri-
mam Legem tulit *L. Calpurnius Piso Trib. pl. Cic. 2. d. Offic.* Post
hanc latae fuerunt Junia, Servilia, Acilia, Cornelia *Sigon. 2. d. Jud &*
Julia à Cajo Julio Casare. quâ tenetur qui in magistratu potestate
curatione Legatione, vel quo alio officio munere ministeriove publi-
co quid acceperit quò magis aut quò minus officium faceret *l. 3. 4.*
6. 7. d. L. Jul. Repet. non licebat quidpiam capere durante vel depo-
sitò magistratu. Idem confirmat *Cicero 3. de Legibus* ita sanciens:
Donum nec capiunto, nevé danto, nevé petenda, nevé gerenda, nevé
gesta potestate. Nec facit quicumquam pro contraria sententia *l. Aquili-*
lius 27. D. d. Don: non enim ibi *prætori*, ut perperam olim legeba-
tur, sed *rhetori*, ut in *Florentinis* legitur donatio facta est. Poena
erat duplex altera Litis æstimationis simpli vel dupli ut scribit *Ascon.*
Verr. 2. vel quadrupli *l. 1. & ult. C. h. t. l. 3. C. d. Assef.* Aut extra
Litis æstimationem non solùm exilium sed & mors, relegatio ver-
bera confiscatio *l. 7. §. ult. D. h. t. l. 38. §. judices D. d. Pæn. N. 8. c.*
8. §. 1. Peculatus à pecore dictus est furtum pecuniæ publicæ aut
sacræ *l. 9. §. 2. D. Ad L. Jul. Pecul. & d. Sacrileg. & Resid. §. 9. j. d. pub.*
jud: factum non ab eò cujus periculo fuit. Crimen apud Græcos fre-
quens apud veteres Romanos rarum scribit *Polyb. 6. hist.* crescente verò
perfidiâ hirudinum seu sanguisugarum corpus Reip. sanguine & nervis
destitutum relinquentium peculiaris *prætor* constitutus est *Sigon. 2. d.*
jud. 28. hoc enim, quanquam non sine irâ id fiat objicit *Sallustius Ci-*
ceroni; redde inquit rationem quantum patrimonii acceperis, quid
tibi litibus accreverit, quam ex pecunia domum paraveris, Tuscula-
nam & Pompejanum infinito sumptu edificaveris, aut si retices, cui
dubium


*dubium potest esse, quin opulentiam istam ex sanguine & visceribus Ci-
vitatatis paraveris.* Reos hujus criminis Leges vel in Insulam deporta-
ri vel in metallum damnari jubent *l. 3. l. 6. §. ult. D. d. t. l. 2. C. d. his
qui ex rat. Pæna sacrilegii est extraordinaria & plerumqve capitalis
imprimis si noctu templum effregerint, qui verò interdiu modicum ali-
quid de templo tulit pæna metalli coercetur, aut si honestiore loco
natus sit in Insulam deportatur l. 4. §. mandatis l. 6. pr. l. 9. pr. l. 10.
§. 1. l. 11. §. 1. D. h. t. Concurrat etiam actio in quadruplum arg. l. ult.
D. h. t. Jure Prut. Prov. de falso civiliter vel criminaliter quis agere
potest lib. 6. T. 8. A. 1. §. 1. Depeculatio carcere vel exilio temporali
vel etiam prò modo Excessus & delicti alia graviore pœnâ coercetur
L. d. T. 7. A. 14. §. 1. Sacrilegium pro qualitate facti mortis supplicio
& rotâ punitur d. L. T. A. 6. §. unico.*

VIII. t. t. π. βασιλικῶν C. 7. & Th. Ad L. Jul. de Vi publ. pertinet
ad vim atrocem cui resisti nequit *l. 1. §. hoc Interdictum π. d. Vi & Vi
arm. l. 2. §. l. seq. π. Quod met. caus. coactis & coadunatis homini-
bus l. 3. in pr. & §. homines π. d. Vi. Lon. rapt. præcedente consilio,
proposito, destinataq; offendendi voluntate l. 2. §. dolo autem malo
π. d. Vi Bon. rapt. veluti si quis vias angiporta trivium aliaq; oppidorum
loca prædandi spoliandi necandive animò occupant vel obsident, hi
obsessores pacem publicam frangentes pœnæ capitis obnoxii sunt
Carpz. Crim. p. 1. q. 35. n. 20. Sed hæc pæna capitis non extenditur ad
eos qui ex justo dolore & inconsulto calore vias occupant, obsident,
prætereuntes adversarios expectant, expectatos adoriuntur vulnerant
pulsant & verberant; Hujusmodi insidiosi occultatores si prætereun-
tes leviter vulnerarint vel pulsaverint carcere puniuntur vel ad tempus
relegantur, si vero gravis sit vulneratio manus amputatio fustigatio,
vel pro personæ conditione Relegatio locum habent. Const. El. Sax.
13. p. 4. Illud capitale in Jure nostro Prut. Prov. crimen fractæ pacis
publicæ item Wegelagerung P. R. L. 3. T. 5. a. 3. §. 10. hoc vero non
capitale dicitur die Vormahrung P. R. L. 6. T. 5. A. 1. §. 6. Hodie
furtum quoqve inter capitalia crimina refertur §. si quis quinque
a. 159. 160. 161. 162. & 163. Const. Crim. Caroli V. P. R. L. 6. T. 7.
A. 1. §. 6. Sed quis ait Anton. Matth. in Disp. 50. th. 6. usq; ad 23. Magi-
stratum ea armavit potestate, ut crimen quod Lege Dei capitale non
est, faciat capitale & contra quod Lege, Dei est capitale, faciat non ca-
pitale?*

pitale? Num minister est supra herum suum, *Matth. 10. v. 28.* Magi-
stratus supra Deum? cujus est minister *Rom. 13. v. 1. 2. 4. & 6.* Num
potestatem habet in vitam hominis qui vitam non dedit? Num supe-
rior Lex cedit inferiori, Divina humanae? Justitia consistit in propor-
tione, sed quae eam melius invenire potuit divina anhumana? Inter
fortunas autem quas fur aufert & vitam hominis quae est proportio?
nulla. Fortunarum aestimatio est, libertatis nulla & multo minus vitae
aestimatio aliqua est *l. 3. π. Si quadr. paup. sec. dic. l. 106. d. R. I.* Noxiae in-
quit *Cicero 3. d. Legib. pæna par esto. Regula peccatis quae penas irrogat
equas adsit. Horat. in Sat. Fur ære delinquens ære puniatur Theoph. in
pr. tit. j. d. perp. & temp. Act.* Vel ipse Diabolus agnovit inter vitam &
bona proportionem non esse cum inquit *Job. 2. c. 4. v. tange ejus ossa &
carnes omnia dabit pro vita sua. Res* ajunt *Olympiodorus & Chryso-
stomus in catenâ græc. Pat. in B. Job. d, c. Diabolum dixisse* levis momen-
ti est si bona amiserit omnia libenter contempserit, ut saluti suae consu-
leret, verum quid hoc est? corpori plagam inflige. Varias ad hanc obje-
ctionem responsiones *Doctorum* reperire licet, alii in frequentia furto-
rum, alii in contemptu & vilipendio prohibitionum fundamentum
quærunt, sed quomodo frequentia proportionem à Deo inventam
inter pænam & delictum tollet? quomodo sola prohibitio sufficienti pu-
niendi materiâ destituta pænam Legi Dei contrariam producet? Nos
vero ut *mores & Statuta in homicidio* aliam quam sanguinis pœnam
& in *furtu* laqueum distantia ab iniquitate defendamus, statuimus:
Legem Dei non omnibus homicidiis ex calore iracundiæ patris pæ-
nam sanguinis irrogasse, nec omnibus furtis pænam tantum pecunia-
riam præscripsisse, sed sunt quædam homicidia non capitalia *Deuter.*
19. v. 6. quædam autem furta mortem promerentia *Exod. 22. v. 2. it. c.*
21. v. 16. 2. Sam. 12. v. 5. unde patet leges hodiernas non violasse Le-
ges Dei quæ homicidis quibusdam pænam carceris injungunt, & vo-
lunt ut secundum *Constitutionem Carolinam ejusque rationes* quas pro-
ponunt *Meisn. p. 2. Phil. Sobr. & Joh. Gerbard. Isagog. loc. theol. 15.*
0. 42. q. 3. furum inemendabilium, in quibus animus grassandi
præsumitur, funis sit tragicus vitæ

FINIS.

✿ (O) ✿





Kc 3004

ULB Halle


3

003 757 714



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter. 1
Sammelbd. ? oder
Inhaltliche Werte ?

von 125



B.I.G.

Farbkarte #13



28

N. J.
 O ULTIMA
TARUM
SIUM
TI & CON-
VERSI
 ad fin. j. d. Publ. Jud.
 st. Theod. βασιλι.
 ondentibus.
 am
SIDE
CHRISTO-
O Volk /
 P. Secund.
ab HÜLSEN,
 Pruss.
NDENS
 defendet
RIO MAIORI
 b. lbc. LXXXIII.

MONTI,
ISNERI, SER. ELECT.
TYP. HEREDUM,

